



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ad annum Christi 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118618**

§. 53. Responsum Pontificis ad hasce Legatorum querelas.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

Sæcul. XVI. reddere, ac decretis impostero fan-  
 A C 1563. ciendis obicem ponere possent: eapro-  
 pter hac de re Legati cum debita re-  
 verentia quidem querebantur, tanto ta-  
 men rationum pondere, ut Pontifex fa-  
 cile agnoscere possent, quod hac actione  
 sua Synodo injuriam intulerit.

## §. LIII.

*Responsum Pontificis ad hæc Le-  
gatorum querelas.*

Nihilominus Pontifex rem a se ge-  
 stam, quantum poterat, purgare  
 haud prætermittebat, hæc respondens:  
 „Estensis Cardinalis ætate spectata jam  
 „idoneus habetur ad regendam Eccle-  
 „siam, cujusmodi est Ferrariensis, duos  
 „ante annos ab ipso possessa, adeoque  
 „in hac parte opus illi non fuit nova  
 „legis relaxatione: quod autem spectat  
 „ad fructuum retentionem, dum Eccle-  
 „siam renuntiabat, nondum super eo  
 „Decretum ullum in Synodo fuit edi-  
 „tum: insuper retulit Cardinalis Lotha-  
 „ringius, id ab ea liberum nostræ  
 „prudentiæ remissum iri: neque etiam  
 „ulla Cardinali Ferrariensi nova legis  
 „relaxatio fuit concessa: solum enim ille  
 „Aufcensem Ecclesiam in Narbonen-  
 „sem commutarat, hoc insuper obstri-  
 „ctus vinculo, ut hanc, aut alteram Lug-  
 „dunensem relinqueret intra tempus  
 „con-

„constitutum a Synodo, quæ sex men- Sæcul. XVI.  
 „ses concedebat a die initæ possessionis, A.C. 1563.  
 „præterea hanc Narbonensem ipse non-  
 „dum obtinuerat, neque compertum e-  
 „rat, quando eam obtenturus esset, Hu-  
 „gonottorum causa: quamvis autem  
 „adhuc Synodus a Pontifice confirma-  
 „ta non esset, appositum tamen diserte  
 „fuit in hisce concessionibus, ut nihil  
 „per eas derogatum intelligeretur ulli  
 „ejus Sancti; Lotharingius vero Car-  
 „dinalis in se recepit, ut, quidquid  
 „hoc in negotio ageretur, ipse, quocun-  
 „que in loco peteretur, suam agendi  
 „rationem vindicare vellet. (\*)

§. LIV.

(\*) Pallavicini animadversio hanc in rem  
 facta adeo singularis est, ut merito huc ad  
 vindicandum Pontificem adducenda videatur:  
 In memoriam, inquit ille, non revocabant re-  
 ligiosi illi Patres, opus esse, ut hæc potestas  
 Ecclesiastica, cui non alia militant arma, nisi  
 subditorum pietas, valde dispari severitate  
 procedat, ubi dispar non solum promerito-  
 rum, sed etiam potentiæ ratio est; præsertim  
 cum ejusmodi Principes, cujusmodi sunt Gal-  
 liæ Rex, & Ferrariæ Dux, deprecatores ac-  
 cedunt pro collatione Ecclesiarum, quæ in  
 ipsorum ditionibus sitæ sunt, quæque melius  
 administratæ cernuntur etiam in Ecclesiastica  
 disci-